

parvulus est, nihil differt à servo, cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus & curatoribus est, & Cicer. 3. Tuscul. ubi ÷ de furioso loquens: qui ita sit, inquit, affectus eum Dominum esse rerum suarum, veltant duodecim tabule, illa nimirum lege, quæ his erat verbis concepta: Si furiosus esse incipit, agnatorum gentiliūque in eo, pecuniaque eis potestas esto. De qua idem Cicer. lib. 2. de inventione. plura tradens Balduin. ad leg. 12. tab. cap. 23. & 24. Hotman. & Revard. cap. 13. Pratej. cap. 97. Anton. August. cap. 11. pag. 229. & Budæus in notis ad leg. 2. ff. de edilit. edicto. Atque hinc natum ÷ est proverbium illud, cum veteres, quem insanire, vel furere significantes, dicebant, ad agnatos, & gentiles deducendum esse: ut ostendit Varro lib. 1. de rust. cap. 2. ibi: Qui salubrem locum neglexerit, mente captus est atque ad agnatos, & gentiles deducendus, Horat. 2. serm. Satyr. 3.

Interdicto huic omne admittat jus Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.

53 Porro ÷ homines Barbaros & ignorantēs semper esse pueros, & licet annis excedant, puerorum adhuc more tractari debere, eleganter docuit Plato in Timæo. Lucret. lib. 1. de natur. rer. & post. eum Senec. epistol. 4. Ubi ait, quod quotidie vivere incipiunt, cum plus quam infantes non assequantur, & Strabo lib. 1. Geograph. Ubi inquit, omnes Idiota, & doctrinarum expertes quodammodo pueri sunt appellandi. Eoque magis in terminis spectat illud ÷ Ecclesiast. 6. 10. vers. 16. Va tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius Principes manè comedunt. Nam ut ubi bene advertit Pat. Joan. Pineda non solum de Rege verè puero Salomone intelligi debet, sed de quocumque, qui sensu, & motibus etiam in majori etate laborat. Is enim planè stultescit, & reperuerascit, qui puerilibus vitiis, immaturo de rebus iudicio, petulantis sensu, & effrenata libidine omnia moderatur.

Tertio considero, quod ejusmodi superioris gubernationis cura in Indis secundæ classis, aut etiam absoluta, & omnimoda in aliis magis Barbaris, quos in tertia collocavimus, non debuit à Christianis nostris Principibus aliena censeri: ÷ tenebantur quippe ex caritatis præcepto, & injuncto sibi, & foeliciter inito Apostolicæ prædicationis officio, ea omnia disponere, quibus id melius, securius, & durabilius consequi posset, juxta doctrinam D. August. ad Macedon. epist. 5. 2. relata in cap. debet 53. q. 4. caus. 23. ubi ait: Debet homo diligere proximum tamquam seipsum, ut quem potuerit hominem, vel beneficentia, consolatione, vel informatione, doctrina, vel discipline coercitione adducat ad colendum Deum. Et 54 ad perfectam rationem ÷ muneri Apostolici jus quoque regendi, & gubernandi animas, propriè spectare videtur, ut optime tradit D. Thom. in 1. ad Corint. cap. 12. & Rutil. Benzon. lib. 2. de anno Jubil. cap. 23. pag. 150.

57 Nec ÷ Regibus aut iudicibus, quos Indi eâ tempestate habuerunt fidelis, ac conveniens tantimuneris expeditio committi potuit, quia tyranni & crudelēs ut plurimum erant, & eisdem ac reliquum vulgus, & barbaris moribus, & ignorantia tenebris involuti. Unde succedit altera

juris ratio, quæ habet quod ÷ quoties incedit casus, in quo populorum gubernationi non potest per eos provideri, quibus electione, hereditate, vel aliis modis jus jurisdictionis concessus est, ea ad populos, à quibus exierat, redit, vel aliter debet publicis necessitatibus subveniri, ut aperte docuit Bald. in c. 1. colum. 2. lect. 2. de iudiciis, & in tit. de alodiis, Jacob. Almain. in lib. de auctor. Papa, & alii, quos refert & commendat doctis. Navarr. in cap. novit, notab. 3. num. 120. pag. 108. & in nostris terminis affirmat Episcop. Chiapens. in d. tractat. comprob. Imp. Ind. fol. 22. vers. Lo sexto, ubi adducit optimum locum D. August. lib. 1. de liber. arbitri. cap. 6. Qui ÷ cum docuisset, quod licet populo, 59 qui bene & moderatè procedit permitti possit creare sibi magistratus, per quos sua res, id est, publica, administraretur, statim subdit: Porro si paulatim ÷ præcavimus idem populus rem privatam Reipublice præferat, habeat venale suffragium, corruptusque ab eis, qui honores amant, regimen in se flagitiosis sceleratissime committat, nonne item rectè si quis tunc existerit vir bonus, qui plurimum possit admittat huic populo potestatem dandi honores & in paucorum, vel unius redigat arbitrium?

Ea nimirum ratione, quia ÷ rerum suarum dominio abutens, ipso privari meretur, l. 1. ff. de iis qui sunt sui, cum aliis, quæ tradit Bald. in cap. 1. qualiter dom. feud. privo. Peralta in l. 3. §. qui fidei commissariam, n. 45. ff. de hered. instit. Palac. Rub. in tract. de justa obten. Reg. Navarre 5. part. §. 2. & plures cum aliis doctissimus, nihilque amicissimus D. Joan. Bapt. Valenz. Velazq. in monitor. contra Vent. 4. p. n. 274. & seq. Neque justum est, ÷ ut in aliorum gubernatione persisteret, qui scriptum regere nescit, juxta ea, quæ diximus supra hoc lib. cap. 7. ex num. 85. & latè exornat & prosequitur Barth. Philip. de Consiliari. discurs. 9. §. 6. fol. 68. Simanc. de Republ. lib. 5. cap. 14. & Bobad. in Polit. lib. 1. cap. 1. num. 29. P. Franc. Suarez in defens. fidei lib. 3. cap. 23. n. 22. & facti text. optimus ÷ in l. in questione, §. minor. res, C. de sent. pass. Ubi furiosi, demetri, prodigo, libidinum omnium vitiolorumque servo non esse committendam filii, vel minoris administrationem docemur, cum sua gubernare non possit. Unde Eccles. 10. dicitur: Rex insipientis perdet populum suum, & civitates inhabitabuntur per sensum prudentium. Juxta sapiens judicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit: secundum iudicem populi: sic & ministri ejus: & qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea. Et in ÷ nostrorum Indorum terminis rectè novissimè adnotavit eruditissimus Licent. Joann. Orticius Cervantes, nunc pro meritis Senatoris munere in Cancellaria Novi Regni Granatensis cohonestatus in allegatione typis excusa pro perpetuandis Indorum commendis num. 4.

Quarto, quia non debet novum aut mirum videri, quod ÷ Indi omninò feri & immanes, & sine certo Rege, aut lege viventes, quales sunt illi, quos in tertia classe connumeravimus, suarum provinciarum gubernatione, & jurisdictione absolutè priventur, & debellari, ac subjugari possint, donec vitæ humaniori, & Christianæ disci-

ciplina assuefiant. Nam idem contingere videmus in illis, qui prorsus ÷ furiosi, aut amentes existunt, quibus etiam justè & licitè suarum rerum administratione interdicitur, & sub vinculis, & severiori disciplina contineri jubentur, quousque sanam mentem recipiant, l. 4. §. fin. cum legibus seq. ff. de privcil. cred. l. 1. §. fin. cum quatuor seq. ff. de postulan. l. bis qui, §. Divus Pius, ff. de tutor. & curator. dat. ab bist. Auth. ut qui obligatas se perhib. bab. §. 1. in fin. collat. 6. Et cum ÷ humanum genus, ipso communi omnium gentium jure ita didante, imperiis geri, præstantique aliqua auctoritate, & potestate moderari necesse sit, ut ex Philosophorum doctrinis resolvit Petr. Fabr. lib. 3. semest. cap. 14. Rutil. Benzon. d. lib. 5. de anno Jubil. c. 9. & Mag. Fr. Anton. Perez Benediclin. in Laureæ Salmantina certam. 6. exposit. de hominum præfectura, n. 20. pag. 273. Ubi ostendit, ÷ quàm infimæ notæ in sacris literis habeantur, qui Regibus non parent, & jugum societatis politice non patiuntur, & quod hæc de causa dicuntur Bellial, id est; in-nutiles, temerarii, & jugi, ac discipline expertes. Meritò prædicti Barbari, qui ejusmodi ferinis, & incultis moribus utebantur, Christiani Principis Imperio franari, & auctoritate protegi, & gubernari debuerunt. Nam ut Salom. Proverb. 11. sapientissimè dixit: ÷ Ubi non est gubernator populus corrueat, & ut D. Ambros. notat lib. 2. epistol. 7. exponens alium locum ejusdem Salomon. Proverb. cap. 26. ÷ Recidenda insipienti potestas, non adficienda libertas est: servitus enim ei convenit. Ideòque adjecit Salomon: Spina nascuntur in manu inebriosi, hoc est: valde ebriosi, servitus autem in manu imprudentis, ÷ quia sicut ille suis vulneratur oculis, ita insipientis suis factis. Ille bibendo se peccato inserit, iste operando se culpa adjudicat, & factis suis trahitur in servitutem: Liberum ÷ quippe aliquem relinqui ad malefaciendum, potius est imperfecto, & defectu libertatis, ut optime in simili probat P. Ferdin. Rebell. de obligat. justitia lib. 2. quæst. 14. sect. 1. n. 9. pag. 293.

72 Imò, quod plus est, ÷ citra peccatum, & præcepti caritatis iacturam, tales Barbari à nobis detecti in sua feritate, & cæcitate relinqui non potuerunt, cum ÷ omnes rationales creaturæ quamvis Judæi & infideles sint, humanitatis ratione fovendi, & naturæ participes, & proximi nostri esse dicantur cap. proximos, & cap. caritas, de penit. distinct. 2. cum tradit per Abbatem in cap. Judæi de testibus, Pat. Suarez in tract. de Caritate disputat. 1. sect. 1. num. 3. & novissimè per Doct. Martam in tractat. de jurisdict. 1. part. cap. 24. num. 43. Ubi multum in nostris terminis tradit: Quod hæc ÷ caritas procedit reducendo Barbaros infideles ad bonos mores, & vitam æternam, ut idem text. ostendit in vers. Proindè. Et quia caritas univocè est impendenda secundum ejus conditionem, juxta gloss. ibidem verb. Participes, & infidelium Regna, & jurisdictiones translata sunt in Christum, & ejus Vicarium, summa caritas est dare illis rectorem, qui defendat prædicatores Verbi Dei illosque reducat ad fidem.

75 In quibus omnibus quantum effulserit ÷ Regum nostrorum pietas, & fovendorum Indorum

zelus & caritas, nemo planè ignorare poterit: nam etsi secundum prædictorum auctorum opinionem, plures ex illis, propter eximiam barbariem & feritatem, quæ præditi esse dicebantur, debellare, & ut servos habere & vendere posset, atque ita aliquando permissum fuerit cont. Caribes, Canibales & alios, ut constat ex his, quæ tradit Herrera in bist. gener. Ind. decad. 1. lib. 8. cap. 10. & decad. 2. lib. 1. cap. 8. & lib. 10. cap. 5. & decad. 3. lib. 8. cap. 10. postea tamen id abrogatum fuit, & omnium pariter Indorum libertati, doctrinæ & suavi gubernationi multifariam consultum, ut ostendit idem Herrera decad. 2. lib. 10. cap. 5. & decada 4. lib. 6. cap. 11. & lib. 10. cap. 7. & ex aliis quæ tetigit supra cap. 7. num. 78. & inferius lib. 3. capit. penult. latius, Deo dante, dicemus.

CAPUT X.

De quinto titulo, qui ad debellandos, & subjugandos Indos eorum infidelitate à multis desumitur, in quo latè agentis, & negantis sententia auctores, & argumenta referuntur, & illustrantur.

SUMMARIUM.

- 1 Indi ante adventum Hispanorum omnino infideles erant.
- 2 Infideles ob solum vitium infidelitatis, verum dominium suarum rerum, & provinciarum non habent, & licet eis spoliari posse Hostiensis, & alii plurimi, & gravissimi Doctores scribunt.
- 3 Hostiensis fuit divini, & humani juris peritissimus, & alia de ejus laudibus & auctoritate.
- 4 Infideles debellari licitè possunt, maxime si interveniat auctoritas Papæ.
- 5 Infideles sunt hostes Christianorum, & etiam in Ecclesia capi possunt.
- 6 Judæi servi sunt Christianorum, licet ex pietate sustineantur in libertate.
- 7 Idololatra & Pagani nullam unquam habuerunt jurisdictionem.
- 8 Judicem qui queris, debet eum eligere Catholicum.
- 9 Judæi & infideles habent bona, ut peculium, & inde licitè eis auferri possunt à Christianis.
- 10 Opinio que absolute imperium, & dominium infidelium negat, magis communis, vera, & Catholica appellatur à Dom. Maria, & alii.
- 11 Anton. Scappus probat opinionem Hostiensis, si infideles dominium Ecclesiæ recognoscere nolint.
- 12 Auctores recensentur, qui specialiter probant, Indos ob solum vitium infidelitatis debellari potuisse.
- 13 Christi post adventum omnis principatus & jurisdictione ad fideles transferri capit.
- 14 Christus Dominus omnium creaturarum universalis Rex constitutus fuit.
- 15 Psalm. 8. in illis verbis, Oves & boves &c. expositio.
- 16 Christus Dominus Petro, & ejus successoribus, gentibusque fidelibus sui sacerdotii, & imperii potestatem communicavit.
- 17 Infideles cum extra ovile Christi reperiantur, nullum legitimum dominium, neque jurisdictionem habere possunt.
- 18 Constantinus Magnus Imper. cur etiam resignaverit in manibus Pontificis.
- 19 Ecclesiæ Catholice dominatio supra infideles in Sara & Agar significatur.
- 20 Infideles sunt servi, & filii ancille, & sic dominii incapaces.

- 21 D. Bernardi verba expanduntur pro supremo dominio Christi in Ecclesiam translato.
- 22 Innocentius etiam sentire videtur infideles ad Papæ jurisdictionem pertinere.
- 23 Papa omnes mortales habet subditos, & est omnia & super omnia.
- 24 Catholici videntur licite auferre posse bona infidelium.
- 25 Judæi Aegyptiorum bona citra peccatum abstulerunt, & exportarunt.
- 26 Cap. si de rebus, & cap. quemadmodum 23. q. 3. expenditur & exornatur.
- 27 Infideles ex sententia D. Augustini, & Clementis non videntur habere posse veram Republicanam, neque bona.
- 28 Infidelitatis peccatum ceteris gravius reputatur.
- 29 Cap. quid in omnibus 32. quæst. 7. expenditur.
- 30 Omne quod non est ex fide, peccatum esse qualiter accipitur.
- 31 Iniqui apud D. Paul. sumuntur pro infidelibus, & sancti profidelibus.
- 32 Infidelium omnes actiones esse peccata concludere videtur D. Augustini. & alii sancti Patres & Gregor. Arimemens. Infideles cur in Evangelio deserti nomine significentur, ibidem.
- 33 Infidelium opera omnia idè peccata esse dicuntur, quia in Deum non referuntur.
- 34 Concilii Arausiacani locus expenditur.
- 35 Infidelitas Deo maxime invidia est.
- 36 Bona non sunt opera, que non inveniuntur Fidei fundamentum.
- 37 Ecclesia potest justo ex sententia D. Thomæ infideles merito sua infidelitatis jure domini, & prælationis supra fideles privare.
- 38 Infideles non debent habere fideles sibi subditos hodie aucta Ecclesiæ potestate, sed potius è converso, Et num. 40.
- 39 Divi Pauli locus 1. Corinth. cap. 6. explicatur.
- 40 Fidelibus Infideles subiciuntur.
- 41 Infideles ob solam infidelitatem suis Regnis, & dominiis privari non posse, multis rationibus, & auctoritatibus suadetur.
- 42 Innocentius IV. auctoritas qualis & quanta sit.
- 43 Innocentius IV. voluit sua commentaria juris decisivi auctoritatem habere.
- 44 Auctores plurimi referuntur, qui cum Innocentio tenent, ob solam infidelitatem suis bonis privari non posse.
- 45 Princeps infidelium etiam sibi subditorum bona, sine causa auferre non potest.
- 46 Indorum Occidentaliū debellacionem, spoliacionem pretextu infidelitatis multi auctores specificè negant.
- 47 Paulus III. Bulla Indiar, quavis infidelibus, sua bona conservanda esse statuit.
- 48 Dominia rerum & provinciarum inspecto naturali, & gentium jure, infidelibus aque ac fidelibus competunt, Et num. 48. Etiam jure divino, num. 66. & 67.
- 49 Orbem Deus subjecti rationabili creatura.
- 50 Ordo principandi est beneficium naturæ ex sententia Aristotelis.
- 51 Homines cur Deus voluerit toti Orbi dominari.
- 52 Homines sumus quodammodo omnium rerum finis.
- 53 Jus Divinum, quod est ex gratia, non tollit humanum, quod est ex naturali ratione.
- 54 Dominiū fundamentum aliqui erroneè in gratia, & caritate constituunt, & inde peccatores eo privari tradunt.
- 55 Heretici dicti Apostolici, & Uvaldensis sive Pauperes de Lugduno qui fuerint.
- 56 Uvaldensium heresis, que peccatores dominium rerum suarum non habere dicebat in Concilio Constant. damnata fuit.
- 57 Hostiensis opinio videtur aliquibus in errorem Uvaldensium incidere.
- 58 Super bonos, & malos, justos, & injustos Sol claretur.
- 59 Natura & ratio hominis, que est fundamentum dominiū, etiam in peccatoribus reperitur.

- 60 Bona non solum bonis dantur à Deo, sed malis etiam, & interdum magis quàm bonis, & quare, Et sententia D. Augustini, Et num. 70.
- 61 Infidelibus & impiis jure divino dominia, & imperia concedi videntur, eisque parendum esse docemur, Et num. 67.
- 62 Psalm. 2. versus expenditur.
- 63 Nabuchodonosoris, & Cyri, quavis infidelium, Imperium in sacris literis probari videtur.
- 64 Joseph, qui fidelis erat, totam Aegyptum Pharaoni infideli tributariam fecit, & in eo non peccavit.
- 65 Tobias reddi jussit hædam à Gentilibus captum, ne furti reus efficeretur.
- 66 In adquisitis par est omnium conditio.
- 67 Sayri sententia.
- 68 Cap. non frustra, & cap. Regnum 23. quæst. 5. explicatur.
- 69 Regna terrena Deus etiam impiis concedere solet.
- 70 Cap. remittuntur vers. Percipientes 23. quæst. 3. expenditur & illustratur, & cap. sequent. n. 26.
- 71 Genitivus proprie dominium designat.
- 72 Lex Christianis 6. C. de Paganis, expenditur.
- 73 Judæi & Pagani quietè degentes non debent molestari, nec suis bonis spoliari.
- 74 Paul. III. motus proprius expenditur circa bona, & tractacionem Judæorum, & infidelium qui ad Fidem convertuntur.
- 75 Saracenis etiam ob solam infidelitatem justè bellum inferri non potest, ex sententia Pontif. in cap. dispar. 23. q. 8.
- 76 Pœna sine culpa esse non potest.
- 77 Infidelitas in iis, quibus fides annuntiata non est, non habet rationem peccati.
- 78 Ignorantia invincibilis an possit admitti in iis, quò fidei sunt.
- 79 D. Pauli locus ad Roman. 10. Quomodo credent, nisi audiant, exponitur.
- 80 Fidelis, & saluus sola natura nemo esse potest, nisi ei Divini Verbi splendor affulgeat, ex sententia D. Clement. Alex.

**Q**uintus & firmior quidem titulus, pro stabilienda, & defendenda hujus Novi Orbis occupatione, & subjugatione, ex eo à multis deduci solet, quòd omnes Indi, ejus regionis incolentes, non solum barbari, & obruti erant, ut in superioribus diximus, verum & omni-  
no infideles, & ita à Christiana, & Orthodoxa nostra Religione sejuncti, ut ne vestigium quidem illius apud eos reperit fuerit, sicut lib. 2. c. 13. manifestavimus. Quam t̄ ob causam ipso jure fidelibus Principibus subjectos esse iniquum, & posse rectè bellis lacessiri, & dominio ac jurisdictione rerum, & provinciarum suarum privatim, & publicè spoliari, tamquam iniquos & injustos illarum detentatores, si requisiti fidem, & imperium sanctæ Catholice Romanæ Ecclesiæ non accipiant, & recognoscant.

Quæ sententia generaliter in omnibus infidelibus, & quod ii post adventum Christi nihil proprium habere, nec justè possidere potuerint, aperit proponitur & probatur ab Henrico Cardinali Hostiensis in capitulo quod super his de voto: qui t̄ humani, divinique Juris peritissimus fuit, floruitque anno Christi 1255. & Alex. Pontifice suadente super Decretalibus commentarios scripsit, & summam etiam composuit, ut refert Catel. Cotta in memorab. jur. verb. farisperitū, & Valent. Forster. in histor. jur. civil. lib. 3. pag. 232. Ubi addit, quòd hoc proprium sibi sumpsit, ut Innocentii opiniones duras reprobareret.

Et post Hostiens. eandem opinionem sequi  
vi-

- videntur Abb. Panormit. & Ant. de Butrio in eod. cap. quod super, Bald. cons. 389. incipit: Consumtudo est, n. 10. lib. 1. Ubi ait, t̄ quòd contra Reges & Principes infideles auctoritas suscipiendi bellis maxime residet penes Papam. D. Antonini. in sum. 3. part. t. 3. c. 2. col. 5. Oldrat. cons. 72. incip. Contra Saracenos ubi ait quòd salva reverentia Innocentii videtur, quòd opinio Hostiensis sit verior. Idem Oldra. cons. 54. Idem Bald. in l. fin. C. de captivis, & Franc. Arctin. in autb. navigia, C. de furtis, ubi docent t̄ infideles esse hostes Christianorum, & etiam in Ecclesia capi posse, Idem Abb. & latius Joā. de Atinania per text. ibi in c. etsi Judæos de Judæis, Anchar. & Præposit. in c. qui sincera, 45. dist. Henric. Boic. in c. sicut. col. 1. de Judæis, & novissimè Phil. Paschal. in tract. de virib. part. potest. p. 1. c. 7. num. 13.
- 6 Ubi ex hac ratione concludunt, t̄ Judæos servos esse Christianorum, licet in libertate sustineantur ex pietate, Albertini. in rub. de hæret. in 6. q. 8. concl. 1. Ubi dicit, t̄ Idololatrias & Paganos nullam unquam habuisse jurisdictionem, & idè Regna illorum omnia pertinere ad Ecclesiam Christianam, & per consecutionem ad Papam, qui præfectus est illi, Alvar. Pelagius de planctu Eccles. lib. 1. art. 13. & 37. lit. I. Ubi multis rationibus ex Theologia, & Jurisprudentia peritis, Hostiensis assumptum verum esse defendit Petr. Belluga in specul. Princip. rub. 27. §. miles, n. 23.
- 8 Ubi inquit, quòd t̄ quicumque aveat habere, vel querere iudicem, debet habere Catholicum, quia apud infideles nulla est jurisdictio, vel dominium, Et item rub. 39. §. novissimè n. 3. ubi concludit, bona t̄ Judæorum, & aliorum infidelium ab eis auferri licitè posse per Principes Christianos, cum illa solum habeant, ut notat Archidia. in c. fraternitatem, 54. distinct.
- 9 Idem ex eadem ratione resolvunt Alex. de Ales in 3. part. summa tract. de septem præcept. Decal. q. 5. & novissimè Simon. Majol. in dieb. Canic. colloq. 1. de perfidia Judæorum. docentes quòd Judæi possunt spoliari à Princip. Christianis omnibus præter necessariam. Quòd pariter affirmant, & ad omnes infideles extendunt DD. in c. cui est, 50. dist. Card. Tutrecremata in c. dispar. 23. q. 8. Mart. Laudens. & Joā. de Fantuc. in c. si de rebus 23. q. 7. idem Laudens. in tract. de Principi, versio. 49. incip. Italia aliàs fuit, Joā. Majol. in 2. sentent. dist. 44. q. 3. Matth. de Afflictis in rub. qua sint. Regalia, num. 26. vers. Et pro istà opinione, col. 4. Marquard. de Suisanni in tract. de Jud. & Infidel. 1. p. c. 14. & latius 2. p. c. 6. ex n. 26. & novissimè & latissime Doct. Marta de jurisdictione. 1. p. c. 24. ex n. 10. qui constanter tradunt

t̄ hanc opinionem non solum magis communem, sed etiam magis Catholicam & Christianæ Fidei magis utilem esse. Quòd etiam admittit t̄ Ant. Scappus de jure non script. lib. 2. cap. 1. Ubi licet primò dixisset, dominia rerum jure naturali, & gentium inspecto æquè infidelibus, ac fidelibus competere, postea tamen subdit cum Hostien. Oldrad. & aliis, quòd post adventum Christi hæc opinio mutata & translata sunt, ita ut Infideles hodie nec jurisdictionem, nec dominium, nec honorem, nec potestatem habere possint, & his omnibus licitè spoliari valeant, si dominium Ecclesiæ non recognoscant.  
Tom. I. de Ind. jure.

Et specialitè t̄ de ipsis Indis Occidentalibus & Australibus, de quibus tractantur, & eorum infidelitate loquentes, & quòd propter illam iuste debellari, & spoliari possint, & potuerint, & jure optimo nostris potentissimis Regibus quærere, latè olim disputavit Ginesius Sepúlveda in Apologia, quam de hac re scripsit ad Episcopum Segoviensem, & in responione ad objectiones Episcopi de Chitapa, & absque ulla hesitatione resolvunt Marquard. & Marta in locis suprè relatis, Petr. Malferit. qui ad hoc integrum, & satis copiosum consilium elucebravit, quòd est 769. inter consilia Mandellii Albanii, vol. 2. ex n. 40. Alphons. Guerret. in Specul. Princip. c. 31. & Petr. Bellin. in tract. de bello. 2. part. t. 12. n. 5. Ubi quòd plus est, concludit, ejusmodi Indos hac de causa ab Hispanis bello subactos, merito ab eisdem in servitium redigi potuisse.

Pro cuius sententiæ confirmatione, & illustratione, primò, cum Hostiensis & aliis auctoribus suprè relatis, considerari potest, t̄ post adventum Christi omnium Principatum, dominium, & jurisdictionem ex justis causis translaram fuisse ad infidelibus ad fideles, arg. cap. translato, ubi Doct. de constit. Ecclesiasticis. cap. 10. ibi: Regam à gente in gentem transfertur propter injustitiam, & iniurias & ab usibus dolos; & Matth. 21. ibi: Idè dico vobis, quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti iustitiam, cum similibus. Quia Christus Dominus t̄ propter sternam passionem, humilitatem & obedientiam æterni Patris, & ob immensam caritatem erga genus humanum, non Sacerdos tantum constitutus fuit, verum & Rex universalis omnium hominum & Angelorum, & reliquarum creaturarum, quæ sunt in cælo & in terra & inferno, & ejus imperio & obedientia Pater omnia subjecta esse voluit, juxta illud Psal. 71. vers. 11. Omnes Reges terra adorabunt eum, & omnes gentes serviant ei; de quo in cap. displicet. 23. q. 4. Isaac 60. Gens & Regum, quòd non servierit tibi, peribit, Psal. 23. Dominus est terra, & plenitudo ejus de quo in cap. quod jure 8. dista cum multis aliis similibus, quæ adducit Salo in 2. 2. tract. de dom. q. 2. art. 1. concl. 2. pag. 113. & melius t̄ Psal. 8. ibi: Omnia subjecti sub pedibus ejus: oves, & boves universas insuper & pecora campi. Quo loci, per omnes Christiani, per bobes & pecora infideles intelliguntur, ut cum Afflictis & aliis advertit Mart. d. c. 24. num. 12. & ad eum respiciens, D. Paul. ad Hebræos cap. 2. inquit: In eo etiam; quòd omnia subjecti, nihil dimissum est, quòd ei subiectum non fuerit.

Et t̄ hanc talem, ac tantam hujus sacerdoti, 16 & imperii dignitatem, & potestatem ipse Christus Dominus Petro, & successoribus ejus, gentique Christianæ concessisse, & communicasse videtur, ut probatur in cap. in scripturis, 8. q. 1. & expressius in cap. 1. distinct. 22. cap. per venerabilem, §. rationibus, qui filii sint legit. c. pro humani, de hominib. lib. 6. cum aliis, quæ dilucidè de hac translatione, & concessione loquens tradit Præpos. Mediolan. in cap. cum ad v. num. 95. distinct. & in c. 1. 15. distinct. col. 3. in fine, Malferit. dist. consil. 769. ex n. 46. & exactè prosecquitur Parā. de orig. Inquis. lib. 3. q. 1. opin. 3. num. 26. Valenzuela in monit. contra Venet. 4. p. n. 177. & seq. & novissimè plurimos referens Camil.

mil. Borrell. in sum. decis. t. 4. de sum. Pontif. n. 1. 2. & 3.

17 Quo fit, ut infideles cum extra ovile Christi, & Ecclesia reperiantur, & ab hoc limpido fonte dominium, & jurisdictionem suorum Vicarium non ducant, neque Christum, & ejus Vicarium recognoscant, sed potius offendant; merito judicari possunt injusti, & intrusivi eorum detentatores, & non veri, & legitimi possessores ac domini, prout & Magnus ille Constantinus Imper. significavit, de quo refert Bald. in 1. const. C. & in l. cum multa, C. de bon. qua liber. quod in resignatione Regalium, quam post Baptismum fecit in manibus B. Sylvestri R. P. inter alia ense illi resignavit, ostendens, se illuc usque gladii potestate legitime usum non fuisse nec juste imperium, & jurisdictionem exercuisse, quod etiam refert Mart. de Afflic. in dict. rui. que sint. Regalia, num. 6. & Mastrill. de Magistratib. lib. 1. c. 9. n. 9.

19 Quibus addere possumus aliam considerationem Alphonsi Guerrerii ubi supra, dum ait, de Ecclesia Catholica intelligi posse illud Genes. 16. quod Abraham uxori suae Sara, conquirent de illa infidelis ancilla Agar, dixisse, memoratur: *Ecce ancilla tua in manu tua, utere ea.* Per Saram enim nostra sancta Catholica Ecclesia significatur, per ancillam Secta infidelium. Uti ergo potest domina ancilla, prout Sara fecit, illam affligendo, & ut praecepit Dominus, eiciendo, & expellendo filios ejus ab hereditate & possessione, ne partem habeant cum filiis liberis. Nam cum sint filii ancillae, & sic servi, non sunt capaces domini, jurisdictionis, vel honoris.

21 Et pro eadem translatione non abs re erit, ut verba D. Bernardi ad Eugenium referre cum Praepos. in sum. dist. 15. col. 15. & Malferit. dict. cons. 769. num. 53. quae talia sunt. *Tu, qui es Sacerdos Magnus, Pontifex summus, Princeps Episcoporum, haeres Apostolorum primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, judicatu Samuel, potestate Petrus, unctioe Christus.*

22 Conducunt etiam mirum in modum verba Innocentii in cap. licet, de foro competent. qui, quamvis contrariae sententiae Dux, & Anresignatus esse videatur, ut statim dicemus, hanc non obscure probat, cum dicat, quod tempore Noe coepit Deus creaturas regere per ministros, quorum primus fuit Noe, cui successerunt in hac Vicaria Patriarcha, Judices, Reges, Sacerdotes, & alii, qui pro tempore fuerunt in regimine populi Judaeorum, & sic duravit usque ad Christum, qui fuit naturalis Dominus, & Rex noster, ut habetur in Psalm. 71. *Deus judicium tuum Regi da.* Et ipse Jesus Christus Vicarium suam constituit Petrum, & successores suos, quando ei dedit claves Regni caelorum, & quando ei dixit *Pace oves meas;* quibus verbis insinuavit, etiam Judaeos, Saracenos, Gentiles, atque Schismaticos quoquomodo ad Papae jurisdictionem pertinere.

Et idem sentire, & docere videtur Ludovic. Gomec. sup. regul. Cancellar. de infirm. resign. 23 quest. 5. vers. Sed praedictis dum tradit, ut quod

Papa omnes mortales habet subditos, & in c. 1. de constitut. lib. 6. num. 28. 36. & 37. ubi post Bald. & alios scribit, quod Papa est unus omnium Princeps, & Rex Regum, & Causa causarum, & Dominus dominantium, & major omnibus sanctis, excepto Petro: Afflicti etiam de c. 265. num. 14. concludit, quod Papa est omnia, & super omnia, & Jul. Clar. lib. 5. recept. S. fin. quest. 35. vers. Videndum, quod Papa in terris vices Dei gerit, & est major omnibus, hominibus, de quo articulo infra cap. 23. & 24. latiore disputationem inhibimus.

Secundo, nec minus urgetur, pro eadem opinione perpenditur, adeo certum videri, impios, infideles verum & legitimum dominium rerum, quas possident, non habere, ut ab eis citra ullius peccati labem, & restitutioni obligationem capi, & auferri a Catholicis possint, ut probatur Exodi cap. 3. & 12. ubi Judaei exeuntes de Aegypto secum Aegyptiorum bona ex Domini praecipio exportarunt, quod licite & sine peccato ab eis fieri potuisse affirmant Nicol. de Lyra ibidem, & sequitur D. Thom. in 1. 2. q. 10. art. 8. ad 3. & in 2. 2. quest. 66. art. 5. ad 1. & D. August. in lib. quest. Exod. quest. 3. cujus verba habentur in c. dixit Dominus 12. 14. q. 5. idem August. lib. 2. advers. lit. Petilia, cap. 43. cujus verba referuntur in cap. si de rebus 23. 26. quest. 3. ubi cum haereticis quererentur, ablatas sibi a Catholicis eas Ecclesias fuisse, quas ipsi aedificaverant, & alia bona, quae suo labore, & industria congregaverant, sic respondit: *Si de rebus, & locis Ecclesiasticis, quae tenebatis, & non tenetis, querimini, possunt & Judaei se justos dicere, & iniquitatem nobis obijcere, quia locum, in quo impij regnaverunt, modo Christiani possident. Quid ergo indignum, si ea quae tenebant haeretici, secundum parem Domini voluntatem Catholicis tenent? Ad omnes enim similes, idest, ad omnes impios, & iniquos illa vox Domini valet: Auferetur a vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti justitiam. An frustra scriptum est, Labores impiorum justis edent? quapropter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis aliquid, quam quod aliquid amissistis: haecenus Augustin. cujus verba in nostrae questionis terminis multum commendat Abbas in d. cap. quod super, col. 2.*

Et conducunt etiam alia, quae scripsit in epist. ad Bonifac. relata in cap. quemadmodum ead. caus. & quest. ubi citat illud Sapient. 10. *Ideo justis tulerunt spolia impiorum,* & illud, quod legitur Proverb. cap. 13. *Custoditur justo substantia peccatoris, sive secundum versionem Septuaginta Interpretum: Thesaurizantur autem justis divitiae impiorum.*

Quibus adsentiens Cardin. Turrecrem. in d. cap. si de rebus, sic illud idem caput paraphrasticè, & his, quae probare intendimus, valde consequenter exponit: *Auferetur Regnum, non solum spirituale, & aeternum, sed temporale. Et dabitur genti facienti justitiam in populo Christiano, quia infideles utuntur dominio, & jurisdictione ad offensam Dei, & voluit Christus, ut omnis homo esset Christianus, ut constat per totam Evangelicam doctrinam.*

Neque abest elegans alia ejusdem Augustini disputatio lib. 19. de Civit. Dei, cap. 21. ubi

ex praedictis, & aliis argumentis concludit, apud infideles jus aut justitiam, vel verum populum, sive Republicam esse non posse, D. Clem. Alex. lib. Pedagog. 3. c. 6. ubi post alia, haec elegantissima verba subnectit: *Bona solum possidere possunt a bonis: boni autem Christiani sunt, bono autem insipientes, vel intemperantes, nec boni sensum habent, nec passionis: a solis ergo Christianis bona possunt haberi.*

Tertio facit, quod mirum videri non debeat, si infideles ex Dei voluntate rerum dominio careant, & licite eo a fidelibus spoliari possint, cum infidelitatis peccatum ceteris aliis, quae contra virtutes morales committuntur, gravius reputetur, ut probat D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 3. & ibi communiter Theologi, praecipue novissimus Pat. Ludov. Turrecrem. disp. 50. dub. 2. col. 627. & Pat. Suarez. post haec scripta in tract. de Fide, disp. 16. sect. 1. num. 1. & sect. 2. ex num. 2.

29 Quibus ego adjecto nobilem text. in cap. quid in omnibus 16. 32. quest. 7. ubi: *Quoniam quidem in panis primum illi obtinent locum, qui aberrant a Deo, etiam si sobrie vixerint, & D. Paul. Hebraeor. 11. ubi: Sine fide impossibile est placere Deo, & ad Roman. 14. dum fit ait. Omne, quod non est ex fide, peccatum est, quem etiam locum de fide, qua credimus, & Christiani sumus, interpretatur Augustin. lib. 1. contra duas epistol. Pelagii, c. 3. Fulgent. lib. de incarnat. & gratia Christi, c. 24. & D. Prosper. in epistol. ad Ruffin. de grat. & liber. arbit. Unde & D. Paulus 1. Corinth. 6. in quos sumit pro infidelibus, & sanctos pro fidelibus, ut statim dicemus.*

Et D. August. lib. 4. contra Julian. cap. 13. concludere, ut omnes infidelibus actiones esse peccata, nullaque in ejus virtutes consistere, quia sine Fide Christi recte vivere non possint, & ad nihil aliud liberum arbitrium sine gratia Christi valeat, nisi ad peccandum. Cui simile est, quod in eodem argumento scriptum reliquit D. Gregor. lib. 3. Moral. cap. 33. D. Bernard. serm. 23. in Cantica, Beda in lib. de substant. D. Prosper. ad excerpt. Genesius. respons. 3. & 8. & melius in disput. contra Cassian. dum ait: *Nihil operis ex mortuis, nihil justitiae praecedit ex impijs; & deinde: Nullus est bonis voluntatis motus, nisi quem creaverit diffusa per Spiritum Sanctum caritatis affectus, sine fide enim impossibile est placere Deo. Quo forte sensu eodem infideles deserti nomine in Evangelio significari, Magnus Aurelius Cassiodorus his verbis scribit: Saepè enim desertum ponitur, ubi infideles populi convenire noscuntur. Sicut in Evangelio dicitur: Vox clamantis in deserto: ubi desertum appellati sunt, qui adhuc necdum fidei dona perceperunt.*

Divus quoque Hieronymus ad Galatas 3. explicans illa verba: *Quia justus ex fide vivit,* sic inquit: *Faciamus & nos aliquid simile huic, quod dicitur, justus ex fide vivit, & dicamus, castus ex fide vivit, fortis ex fide vivit, & ceteris virtutum partibus vicinam sententiam proferamus adversus eos, qui in Christum non credentes, fortes & sapientes, temperantes se putant esse, vel justos: ut sciant, nullum abique Christo vivere, sine quo omnis virtus in vilitate est. Et eandem sententiam mordicus tenent, & late defendunt ex*

Theologis Scholasticis Greg. Arimin. in 2. Sentent. dist. 39. quest. 1. art. 2. corol. 3. Michael Bajus assert. 26. & Catherin. in lib. Genes. c. 2. asseverantes, infideles etiam, dum parentes venerantur, ac de se benemeritis gratias agunt, habentque, cum indigentibus opitulantur, pacta servant, promissa exolvunt, deposita reddunt, & in aliis similibus operibus peccare. Non quod haec opera sint ex re objecta, vel sine, vel aliqua adjecta circumstantia, peccata, sed eo quod circumstantia debita careant: fieri enim causa, & amore Dei deberent, & proinde cum in Deum minime referantur, sunt mala. Unde Concilium Arausicanum secundum Cantic. 17. inquit: *Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum Dei caritas facit.* Quod decretum desumptum est ex D. August. lib. 2. de patientia, c. 17. Atque haec omnia ea nimirum ratione nituntur, quam supra retulimus, nempe quod infidelitas i Deo maxime sit invisita, bonis & careat operationibus, Bona etiam non sunt opera, quae non inveniuntur firmissimo, & stabilissimo fidei fundamento, ut praclare tradit Gentian. Hervet. exponens & exornans verba D. Clement. Alexandr. in epistol. adhortat. ad gentes, p. 14. & tradit alia pro eadem assertionem novissimè Pat. Suarez. in d. tract. de Fide, disp. 17. sect. 3. n. 1.

Quarto, & ultimo eidem sententiae arridere videntur verba Div. Thom. 2. 2. q. 10. art. 10. dum expressè docet, ut posse justè per sententiam, vel ordinationem Ecclesiae, quae Dei auctoritatem habet, jus domini, vel praelationis ab infidelibus tolli, quia infideles merito suae infidelitatis merentur potestatem amittere super fideles, qui transferuntur in filios Dei. Etenim licet secundum eundem Anglicum Doctorem ibidem, ante divisionem fidelium ab infidelibus non cessasset fidelium praelatio in totum, propter conversionem limitatam aliquorum ad Fidem, non sequitur quod idem sit, aucta post multitudine fidelium. Ideoque D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 6. in princip. reprehendit fideles Corinthios, quod auderent provocare proximos suos coram iudicibus infidelibus, dicens: *Audeat aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicare apud iniquos (idest, infideles) & non apud Sanctos, idest fideles, ut interpretatur Cardin. Turrecrem. in sum. de Eccles. lib. 2. c. 96. vers. Licet enim; Azeval. de correctio. fraterna, conclus. 4. vers. Adhaec. Valenzim monit. contra Venet. 4. part. num. 179. & sequent. Pat. Suarez. in d. defens. Fidel. lib. 3. c. 4. num. 6. & idem advertit Marra d. c. 24. num. 42. & 44. allegans insignem Div. August. locum in epistol. 204. ad Donatum, qui habetur in c. displicet 23. quest. 4. de quo latius agemus infra c. 16. ex num. 96. & proinde infideles debent subijci fidelibus, & non e converso ex notatis in c. 1. c. multorum, & c. si iudex de judic.*

Sed licet superior sententia tot auctoribus & rationibus fulciatur, & contraria tamen a pluribus aliis non minoribus argumentis probari, & defendi solet; qui scribo affirmant, nullos infideles, atque adeo multominus Indos istos, de quibus sermonem habemus, ob solam infidelitatis causam bellis infestari posse, aut dominio, & ju-

risdictione suarum rerum, & provinciarum privari.

42 Pro qua imprimis laudatur Innocentius in d. c. quod super de voto, cujus & auctoritas talis ac tanta esse fertur, ut non solum Hostiensium, sed & alios omnes juris Canonici professores excludat, & patet, & organum veritatis dicatur, ita quod ejus doctrina pro communi sententia prevaleat, neque adversus eam disputare fas sit, ut tradit additio ipsius Innocentii in proemio Decretalium, in princip. Felix in c. cum olim, n. 9. de re judic. Alex. Jas. Calcan. & alii, quos adducit Catel. Corta in memorat. jur. verbi juris Civili, pag. mibi 384. Valentin. Forster. in histor. jur. Civil. l. 3. p. 231. Everard. loco 48. ab auctoritate, seu exemplo major. Petr. Malfert. apud Mandellum d. cons. 769. num. 44. ubi ejus additionem. Vitius deici. Neapol. 370. num. 2. lib. 2. & novissimi Casar. Barcelus deici. Bononiensi 107. num. 5. Quiniam ipse idem Hostiensis fatetur in d. c. soler. de sentent. excom. in 6. se multoties & ab eodem Innocentio audisse, nolle, ut sua commentaria jus facerent, quasi alia, tamquam a Pontifice scripta, & tali, ac tanta eruditione suffulta, non tam opinionum, quam decisionum robur habitura essent, ut post alios refert Forster. ubi supra Pat. Joan. de Salas in tract. de legib. disp. 8. sect. 13. pag. 170. & novissime Christophor. de Angulano in cod. tract. lib. 2. controversi. 29. num. 24.

44 Post Innocentium autem & eandem opinionem defendunt, & sequuntur Joan. Andr. Cardini, & communis Doct. in cod. c. quod super, Odrad. consil. 83. & 263. Idem Joan. Andr. in addition. ad Speculat. in tit. de fudatis, Petr. de Ancharan. in reg. peccatum, in 3. quest. & in reg. sine possessione, quest. 2. lib. 6. Bald. in l. cunctos populos in princip. C. de summa Trinit. & Bartol. l. hostes, ff. de captivis & postlim. reverts. Abbas num. 22. Felin. & Decius num. 109. Beroj. num. 134. in cap. que in Ecclesiarum, de constit. ex quorum doctrin. securè concludit Carol. Tapia in rub. de constit. Princip. cap. 1. num. 54.

45 quod & Princeps infidelium etiam sibi subditorum bona, sine causa auferre non potest. Dominic. cons. 96. idem Domin. & Archidiacon. in cap. si quis videriam in fine, 50. distincti. & in cap. cui est 11. quest. 3. idem Archidiacon. in c. ult. 3. q. 7. Cardin. Turrecrem. in c. dispar. 23. quest. 8. & in cap. qui nos 24. quest. 4. D. Thom. 2. 2. q. 12. art. 22. Durand. in 2. distincti. 44. quest. 3. Sylvest. verb. Infidelitas, quest. 7. Cajetan. 2. 2. quest. 66. art. 8. Florent. 3. part. tit. 22. cap. 5. §. 8. Petr. de Ferraria in practi. tit. de form. libelli in act. reali, verbo: Veris, & legitimus, column. 7. vers. Sed his quero, Anton. Corsetus, qui plura considerat in tractat. de potest. Regia, part. ult. quest. 82. ex num. 20. Franc. Topius in tract. de potest. Principis secul. §. 7. num. ult. ubi resolvit, quod infideles sunt veri, & supremi Principes suorum Regnorum, & allegat Div. Thom. de regim. Princip. lib. 3. cap. 9. Sot. in 4. distincti. 5. quest. unic. art. 10. eleganter doctissim. Covarr. in reg. peccatum, 2. part. §. 10. num. 2. illustrissim. Cardin. Bellarm. in lib. 5. de Roman. Pontif. c. 2. Patre Arrag. 2. 2. quest. 10. art. 10. vers. Secunda conclusio, pag. 311. & se-

quent. Joan. Azor. lib. 8. moral. instit. cap. 24. vers. Sexto queritur, col. 1276. Balthas. Ayala de jure & officio belli, lib. 1. cap. 2. num. 29. Pat. Lorca in 2. 2. sect. 1. disp. 52. num. 10. pag. 970. ab de causis belli justis agens, resolvit, communem & certam resolutionem esse, solum infidelitatem non esse causam justis belli, quia Ecclesia non habet jurisdictionem super infideles, & ideo non potest eos propter peccatum infidelitatis punire. Idem concludit Pat. Ludovic. Turrian. de Fide, disp. 52. dub. 1. column. 645. Gregor. Sayr. in clavi Regio 72. part. lib. 9. c. 4. ex numer. 10. Pat. Fr. Joan. Pineda Francisc. in Monacho. Eccles. lib. 16. cap. 34. §. 17. & novissimè eruditissim. & laudatissim. Pat. Francisc. Suarez in defens. Fidei contra sect. Anglican. lib. 3. c. 4. num. 8. & in tract. de legib. lib. 3. cap. 10. Pat. Joan. Salas in cod. tract. disp. 7. sect. 15. numer. 72. & per totum, & D. Garsias Mastrill. de Magistrat. lib. 1. c. 9. Idem Pat. Suarez in tract. de caritate, disp. 13. sect. 5. ex n. 1.

Et specialiter de nostris Indis agentes & Episcopus de Chiapa in tract. comprob. suprem. domi. Ind. fol. 36. & 37. sequent. & in Apolog. contra Sepulced. in replicatione. ad object. ejusdem, ubi latè in hoc argumento diffunditur, & opinionem contrariam erroneam esse, & falsò Hostiensis tribui, probare conatur. Idem sequuntur Victoria in dict. 1. relati. de Indis, ex num. 7. usque ad 18. de potestate civil. num. 9. Gregor. Lop. in dict. l. 2. tit. 23. part. 2. gloss. 2. Anton. de Cordova in questionario, lib. 1. quest. 57. dub. 4. ex pag. 497. Menchac. lib. 1. controvers. illustr. capit. 24. ex num. 2. usque ad num. 11. elegantiss. Josephi Acosta lib. 2. de procur. Ind. salut. c. 2. ubi hoc verum esse defendit, quamvis Indorum infidelitas omninò pertinax reperitur, D. Bafiez 2. 2. quest. 10. art. 10. col. 530. ver. Quinta conclusio; optime Navarr. in c. novit, notab. 3. corol. 7. num. 58. & sequent. pag. 101. ubi reprehendit Alvar. Pelagium, & alios contrariae partis sectatores, & ait, eorum errorem in causa fuisse, ut multi, postea etate in hoc Novo Orbè, suis provinciis spoliati sint: latissimè Michael Salon 2. 2. 1. tom. tract. de domin. quest. 2. artic. 2. per totum: Gregor. de Valent. 3. tom. disput. 1. quest. 10. punct. 7. col. 413. vers. Nunc his constitutis: Molina de justit. & jur. tract. 2. disp. 27. in fin. cum novem aliis precedentibus. Et rursus disp. 105. Hieronym. Cevallos 1. tom. commun. quest. 735. & latius, & copiosius in 4. tom. quest. ultim. ex num. 183. Et rursus ex num. 237. & ex num. 266. Fr. Emman. Roder. 2. tom. quest. regul. quest. 99. art. 4. pag. 292. ubi etiam multum quaritur de damnis, sub pre-textu contrariae opinionis, miseris Indis illatis, & pro eis & expendit illam sanctionem, sive Bullam Pauli III. felicis recordationis, de qua egimus supra cap. 8. num. 76. ubi expressè deciditur, prædictos Indos, & omnes alias gentes, ad notitiam Christianorum in posterum adventuras, licet extra Fidem Christi existant, sua libertate, ac rerum suarum dominio privatos, seu privandos non esse, imò libertate, & dominio hujusmodi uti, & potiri, & gaudere liberè, & licitè posse. Idem etiam novissimè tractat Augustinus Barbosa in Pastoral. 1. part. tit. 3. c. 2. n. 32.

& seq. & Doct. Melch. de Valent. illustr. tract. juris, tract. 2. c. 5. num. 22. & seq. Incognitus in lib. Maris liberi, c. 2. & 4. & Seraph. Freit. doctè contra eum scribens, de just. Imp. Asiat. c. 3. n. 4. & c. 9. per totum.

Pro cujus sententia comprobatione: Primo, 48 cum prædictis auctoribus considero, & dominia rerum, provinciarum, & regionum, naturali, & communi omnium gentium jure, primis earum possessoribus competere, absque ulla distinctione fidelium, & infidelium, l. 1. §. jus naturale, l. ex hoc jure, ff. de rust. & jur. cap. jus naturale, 1. dist. cum aliis, quæ latè congressimus sup. hoc lib. cap. 6. ex num. 61. & tradunt Innoc. & Abbas supra Scappus lib. 2. de jure non scripto, c. 1. 49 num. 10. eam rationem reddentes, & quod Deus subjecti Orbem rationabili creaturæ, & nullam inter homines distinctionem fecit, ad quos pariter pertinet illud: Quidquid calcaverit pes tuus, tuum erit, & doctrina Arist. lib. 1. Polit. dum 50 ait, ordinem & principandi unius super alterum esse beneficium naturæ, hoc est Dei Opt. Max. 51 qui & ob id tantum, quod homines ad sui imaginem fecit, menteq; & facultate liberi arbitrii donavit, omnibus rebus inferioribus dominari voluit, juxta illud Genes. 1. Factus est hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis terræ, &c. Et infra: Replete terram, & subjicite eam, & dominamini. Quod assecutus idem Philosoph. lib. 2. Et hic & inquit: Nos sumus finis quoadmodum omnium, & utimur tamquam propter nos omnibus que sunt. Quæ omnia non minus militat, & reperitur in paganis, & infidelibus, qui nunquam Fidem receperunt, quam in Christianis, & fidelibus; ac prout non minus illi, quam isti veri domini rerum suarum participes sunt.

Quam consequentiam, & divinæ, ac naturalis justitiæ inter omnes homines distributionem, pro- 53 posside videtur & Dionys. lib. 8. de divin. nomin. relatus per Episcopum de Chiapa in d. tract. comprob. fol. 37. sic inquit: Oportet videre in hoc veram Dei esse justitiam, quod omnibus tribuit propriam secundum uniuscujusque existentium dignitatem. Et uniuscujusque naturam in proprio solvat ordine & virtute. Et expressus D. Thom. 2. 2. quest. 10. art. 10. ubi de eadem questione agens scribit: Quod dominium & prelatio introducta sunt ex jure humano, distinctio autem fidelium, & infidelium est ex jure divino. Jus autem divinum, quod est ex gratia, non tollit jus humanum, quod est ex naturali ratione.

Secundò considero, & quod etsi nonnulli olim existimaverint, gratiam, & caritatem esse fundamentum domini, jurisdictionis, & potestatis tum Ecclesiasticæ, tum civilis, atque adeò solos justos, existentes in gratia, suorum bonorum domini esse, ea vero per mortale peccatum amissa, continuo etiam omne dominium, omnemque potestatem amitti. In qua opinione fuerunt D. Bernardi temporibus quidam heretici, qui se Apostolicos vocabant, & ut ipse refert serm. 66. in Cantica; & postea Waldenses, qui alio nomine vocabantur Pauperes de Lugdano, à Waldensi quodam, sive Lugdunensi, temporibus Alex. Papæ III. de quibus legendus est Aneas Sylvius de

orig. Boemor. cap. 33. & 35. Eamque sequuti sunt Joan. Wiclef. & Joan. Hus, & Armachanus vir alioqui Catholicus lib. 10. q. Armen. c. 2. & 4. & in Dialog. inscripto Defensorium pacis. Hæc tamen opinio & merito damnata fuit in Concil. 56 Constantiensi, sess. 8. & sess. 15. & inter alias hæreses connumeratur, & multis rationibus, & argumentis convincitur à piis & Catholicis Scrip-toribus, qui de hac materia tractarunt, ut constat ex D. Bernard. ubi supra. D. Hieronym. in epist. ad Titum: D. Iren. lib. 4. adversus hæres. c. 70. Tertull. in Apolog. c. 31. D. Thom. 1. 2. quest. 98. art. 4. Joan. Major. 2. Sent. dist. 42. Jacob. Almain in 4. distincti. 15. quest. 2. col. 10. Gerson. de vita spirit. lect. 3. Castr. adversus hæreses, verb. Potestas. Episcop. Chiapens. Vid. Covar. Bas. Navarr. Bellarm. Valens. Molin. Ajal. & Sayr. ubi supra: eodem Bellarm. 1. tom. controo. 8. de laicis, lib. 3. in princip. eod. Bas. in preamb. ad tract. de domin. quest. 1. in fin. Petr. Navar. lib. 3. de restit. c. 1. in princip. Soto lib. 4. de just. & jure quest. 1. & 2. Thom. Waldens. lib. 2. doct. fid. c. 81. cum seqq. Martin de Ledesma. 2. 4. quest. 18. art. 1. dub. 9. fol. 224. Ceval. d. quest. fin. ex num. 266. & P. Suar. in d. defens. Fidei, lib. 6. cap. 4. num. 3.

Quo fit, & ut pariter prædicti Auctores cavendum moneant ab opinione Hostiensis. & sequacium, qui infidelibus negant dominium, & jurisdictionem rerum, & provinciarum suarum, quam communi omnium gentium jure, & ante legem Evangelicam consequuti sunt. Hæc enim opinio in superiorem errorem incidere videtur: nam nulla es ratio, ob quam infideles dominio privari possint, nisi peccatum mortale infidelitatis, quod eos extra Dei gratiam constituit. Concilium autem Constantiense, nullam speciem peccati mortalis excipiens, quoslibet peccatores, atque adeò etiam infideles, verum & legitimum rerum suarum dominium habere rectissimè defini-vit. Illud & quippe, ut supra diximus, non solum 58 pro justis, & fidelibus Deus induxit, sed pro omni rationabili creatura. Qui, ut ipse Innocent. subdit in d. c. quod super, Solem suum oriri facit super bonos, & malos, super justos, & injustos, & volatilia pascit, & dat escam omni carni, ut habetur Matt. 5. & 6. & Psalm. 135. Et ut supra etiam tetigimus, fides, aut gratia non est fundamentum domini, sed natura, & ratio hominis, quæ & etiam in peccatoribus, & infide- 59 libus reperitur, licet careant gratia.

Quod egregiè confirmari potest ex insigni loco D. Augustini in Psalm. 67. ubi hujus doctrinæ rationem scribens, & sic eleganter disserit: 60 Non enim soli boni plenas habent domos rebus necessariis, aut soli boni salvi sunt, vel ab agritudine convalescunt, aut soli boni filios habent, soli boni pecuniam, soli boni cetera bona apta huic vitæ temporali, aut transeunt. Habent hæc & mali, & aliquando desunt bonis, sed desunt & malis, & plerumque illis magis, quam istis, aliquando illis potius quam istis abundans. Permixta temporalia voluit esse Deus, quia si solis bonis ea daret, puerant, & mali, propter hæc colendum Deum. Puerant si ea solis malis daret, timerent boni infirmi converti, ne illa illis deessent.

Tertiò, pro eadem opinione facit, quod ut si- dem

dem Doctores observant, & ante eos D. August. lib. 5. de Civit. Dei, cap. 1. non solum naturali, & 61 communi omnium gentium jure, sed Divino etiam atque Evangelico, non tantum privata dominia, verum Regna quoque, & Imperia hominibus impiis, & infidelibus; & quod magis est, idololatrias concedi videntur, eisque parendum, 62 & obsequendum esse docemur, ut apparet ex Psalm. 2. *Adstiterunt Reges terra, & Principes convenerunt in unum. Jerem. 27. & Ezech. 26.* 63 ubi Nabuchodonosor Rex erat, non solum malus, & in peccato mortali, sed etiam idololatra & infidelis, & tamen teste ipso Deo, dominium habuit super gentes, & Regna; & Deus eis, non solum illum, verum filium, & nepotem ejus praefecit. Unde Daniel 2. dixit ei Daniel: *Tu es Rex Regum, & Deus caeli dedit tibi Regnum; & idem dicitur de Cyro peccatore, & infideli, Isaia 45. Haec dicit Dominus Christo meo Cyro: Cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsa Regum revertam. & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum.* 64 *rum. Et Genes. 47. Joseph, qui fidelis erat, suo consilio totam Aegyptum Pharaoni Regi infideli tributariam fecisse dicitur: in quo procul dubio peccasset, si Pharaos verus Rex, & dominus esse non posset. Et Tobie 2. ubi Tobias jubebat reddi haecum ad Gentilibus captum, tamquam furtivum: quod non esset, si Gentiles dominium non haberent. Matth. quoque 22. ait Dominus: Reddite quae sunt Caesaris Caesari: & Luc. 22. Reges gentium dominantur eorum: & D. Paul. Roman. 13. Omnis anima potestati sublimioribus subdita sit: & 1. Pet. 2. Subjuncti estote omni humane creaturae propter Deum, sive Regi quasi excellenti, sive Ducibus tamquam a Deo missis. Et statim: Servi subditi estote in omni timore domini, non tantum bonis, & modestis, sed etiam 67 discoloris. Quae loca, & alia similia adducta per Auctores supra relatos, praecipue Sayrum dicti. lib. 9. cap. 4. num. 11. satis ostendunt, vera dominia, & principatus in peccatoribus, & infidelibus reperiri, cum Principes, de quibus loquuntur, infideles essent, & habentur in cap. non frustra, & in cap. Regum 23. quaest. 5. ex quibus expressè deducit Cardin. Turrecrem. in cap. in dignitate, distinct. 3. quaest. 3. versic. Respondeo, etiam Principibus infidelibus obediendum esse.*

Atque ad ea respiciens August. lib. 5. de Civit. Dei, cap. 21. *Non tribuamus (inquit) dandi regni, vel imperii potestatem, nisi vero Deo, qui dat felicitatem regni caloribus solis piis: regnum vero terrenum & piis, & impiis, sicut ei placet, cui nihil injustè placet. Et infra: Ille verè unus Deus, qui nec judicio, nec adjutorio deserit genus humanum, quando voluit, & quantum voluit Romanis regnum dedit, qui dedit Assyriis, vel etiam Persis. Qui Imperium dedit Mario, ipse etiam dedit Cajo Caesari: qui Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianis vel patri, vel filio suavissimis Imperatoribus, ipse etiam Domiciano crudelissimo; & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse apostata Juliano, cuius egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega, & detestanda curiositas.*

Quod idem pulchrè ostendunt D. Chrysostom. Ambros. Origen. Epiphani. Justin. Ignat.

Optat. Tertullian. Prosper, & alii relati à Petr. Aragon. in 2. 2. pag. 609. & à doctiss. P. Suar. in d. defens. Fidei, lib. 1. cap. 4. per totum. Quibus addere possumus ejusdem Ambrosii locum lib. 2. de Cain & Abel, cap. 4. relatum à Gratiano in cap. remittuntur, vers. Per scientes 23. 70 q. 5. ubi ait, per Israelitarum manus Deum punire voluisse peccata Amorrhæorum, & Chanaanorum, & aliarum Gentium, quarum terram Israelitis possidendam dedit. Quibus verbis ostendit, apud praedictas gentes, quamvis infideles, & idololatrias, non solum possessionem, verum & proprietatem illarum provinciarum stetit. Nam ille filius genitivus, Quarum proprie dominium significat, ex doctrina Bartol. quem sequuntur Alexand. Jas. & alii in rub. de novi oper. nuntiatio. & plures alii relati à Mandello de Alba cons. 151. num. 7. Menoch. de recap. poss. remed. 1. numer. 51. & latè Cardin. Tusch. practice. conclus. lit. G. concl. 37.

Quartò, supradicta sententia favet optimus 72 text. in l. Christianis 6. C. de Paganis, ubi Honor. & Theodos. Imp. specialiter prohibent Christianis, qui verè sunt, vel esse dicuntur, ne Judæis, aut Paganis quiete de gentibus nihil tentantibus turbulentum, legique contrarium, manus inferre audeant, religionis auctoritate abusi, & si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non solum ea, quae abstulerint, sed convicti, in duplum, quae rapuerint, reddere compellantur. Et idem de illorum molestiis vitandis, & bonis conservandis habetur in l. nullus 6. C. de Judæis, cap. sicut extra eodem; & per Apost. 1. Corinth. 10. in fine, ubi: *Sine offensione estote Judæis, & Gentibus; de quorum praxi, & interpretatione plura tradit Marq. in tract. de Judæis, & infidel. 1. part. capit. 2. & Roland. à Valle consil. 25. volum. 3. & Phil. Pasch. de virib. pat. potest. 1. part. cap. 7. num. 14. Nos infra lib. 3. cap. 6. num. 47. & sequent. & extat in motus proprius Pauli III. de 74 ann. 1542. cujus mentionem facit Posevin. in Biblioth. 1. tom. lib. 9. cap. 5. pag. 391. quo conceditur, ut Judæi, ceterique infideles, ad agnitionem Catholicae fidei venientes bona patrimonialia, maternaliaque, & omnia eorum consuetudine acquisita, seu quae verum dominium habere reminiscuntur, etiam vivis, & invitatis parentibus habere, tenere, & possidere valent. Eodemque diplomate jubetur, quae caritate quisque venientes ad lumen Christi fovere, contumelias ab aliis prohibere debeat, quin & ut civitate, privilegiis, immunitatibus, libertatibus fruatur, quandoquidem per gratiam Baptismi civis Sanctorum, & domesticus Dei efficiuntur.*

Et non solum in Judæis, & Paganis, sed verum 75 & in Saracenis, qui nobis magis infesti sunt; eandem sententiam probat Alexand. Pap. II. ad Hispaniae Episcopos scribens in cap. dispar. 23. quaest. 8. dum docet, tunc demum adversus eos justè pugnari, ubi Christianos persequuntur, & ex urbibus, & propriis sedibus pellunt, sic manifestè demonstrans, ob id tantum, quod Saraceni, aut infideles essent, justè bello infestari non posse, aut suarum rerum dominio, & possessione privari. De cujus dicti veritate, dum de Saracenis loquitur, alio loco tractabimus.

Quin-

## CAPUT XI.

In quo vera praedictae questionis resolutio proponitur, & problematice utramque partem defendat posse monstratur, utriusque argumenti peculiaris responsione solutis.

## SUMMARIUM.

- 1 Problematicè disputari potest in questione de infidelibus ob solam infidelitatem debellandis.
- 2 Hostiensis opinio ab Ecclesia recipitur, & practica, secundum Martam, & alios.
- 3 Christiani Scriptores non debent opinionem Hostiensis veneno aspicere.
- 4 Innocentii opinio rejecta esse, aliquibus videtur, & quod ipse sibi contrarius fuerit.
- 5 Dominatio unius hominis super alteram non fuit ex jure naturali.
- 6 Dominia & Imperia licet infideles habere possint, ea tamen illis Rom. Pontifex adimere potest.
- 7 Infidelium regna ad fideles ex justa causa auctoritate Pontificis transferri possunt.
- 8 Caritas unicuique secundum ejus conditionem est impendenda.
- 9 Oratio, quam Ecclesia pro infidelibus facit arguit eos verum dominum non habere.
- 10 Ecclesia errare non potest.
- 11 Imperia, & dominia illa tantum legitima sunt, quae à Deo dantur, vel ab Ecclesia confirmantur.
- 12 Nabuchodonosor, Cyri, & aliorum tyrannorum imperium injustum fuit, & cur à Deo permissum.
- 13 Deus ex peccatis hominum multa bona operari, & diligere solet.
- 14 Imperia ad tyrannos crudeliter, & impie aliquando Deus transferre solet in punitionem peccatorum, & num. 18.
- 15 Cap. auctoriter 18. 8. quaest. 1. & cap. ex merito 6. quaest. 1. exornatur. Saul fuit electus per exortum à Deo voluntatem, ibidem.
- 16 Job locut. cap. 34. de regno hypocritarum explicatur.
- 17 Cap. his itaque 6. distinct. explicatur.
- 18 Varii Auctores de causis cur Deus infidelium imperia permittat, tractant numerantur.
- 19 Proverb. cap. 8. ubi: Tyranni per me tenent terram, explicatur.
- 20 Tertulliani allegatus locus referitur de his quae à Deo veluti invito permittantur, & non approbantur.
- 21 Permissivum quod non approbamus, aliudque est praecipere, aliud permittere.
- 22 D. Pauli, & alia Scripturae loca, quae Dominis, & Principibus infidelibus obediendum esse dicunt, qualiter accipiantur.
- 23 Ecclesia hodie, eam magis aucta sit, multa facere potest, quae olim non expedirent.
- 24 Omnia suis conveniunt temporibus.
- 25 Papa major est administratione Paulo, & contra eum rectè dispensat in his, quae Fidei non sunt.
- 26 Gentibus juxta subjunctam materiam aliquando solam possessionem, vel detentionem significat.
- 27 Lex Christianis 6. C. de Paganis, explicatur.
- 28 Infideles apud Christianos degentes Ecclesiae suavitè tractari praecipit, & quare.
- 29 Christus B. Petro terreni simul, & caelestis imperii jura concessit.
- 30 Cap. solitè de majorit. & obedient. exornatur.
- 31 Tolerantia Ecclesiae circa dominia, & imperia infidelium, qualiter procedat.
- 32 Puniri quis aliquando, & re sua privari potest, sine culpa sua, non tamen sine causa.
- 33 Religiosis favor, & ampliatio est causa causarum, & omnibus rebus praepositur.
- 34 Voluntate ex mera quod dependet, ex eadem adimi potest.
- 35 Innocentii sententia auctori verior, & communior videtur.

Dd

Hor-